



Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena

Cabilliau, Baudouin

Antwerpen, 1625

LX. Libripens Amor de vitâ aut morte Magdalena ad sepulcrum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Mentiturque notho Sole superba diem:
 At simul inde cauos auerterit auia vultus,
 Vmbra nigrans omni lumine cassa filet.
 Sic ego sidereum quem nox premit inuida vultu,
 Liquero; lucis inops, mortis ut vmbra, querar:
 Ast ubi vicino tangam mox lumine Numen,
 Tota micans isto sidere sidus ero.
 Dat mihi mors CHRISTI, nox ut sim nubila
 luctu;
 Ut sim Luna redux, mox noua vita dabit.

L X.

Libripens Amor de vita aut morte M A G-
D A L E N A E ad sepulcrum.

ASPICE, luctificum quæ prospicit ægrafe.
 pulcrum,
 Ut gemit, & passas tendit ad astra manus:
 Ut vox torpet iners, ut hiant suspiria anhelâ
 Hausta animâ, ut mœstus serpit in ora color:
 Ut stat ceu rupes, ut pallet tota vel ipso
 Marmore frigidior, Bistoniâque niue.
 Quæ rerû hæc facies? mors hîc, an vita superstes?
 Corpore Magdaleo Magdalî omnis abest.
 Cor si spesto, flagrat; vis viuida flammat Amoris:
 Sin corpus; gelido pallet in ore dolor,
 Altera pars vita, pars altera mortis imago est.
 Sic sibi par discors Magdala tota perit.
Osorem fine forte! pari discriminâ fati
 Mors hîc alget hiems, & calet æstus Amor.
Anxia dic utri cedet iam Magdala parti?
 Tota stet alterutri? tota an utrique cadat?

par

Par vtrimque pari dirimit ius pondere lances :
 Quod dat huic, illi non negat æqua bilanx.
 Libra necem vitamque pari stans pondere fallit;
 Et quod vtrique dedit, ius id vtrique negat.
 Nónne necē fraudat corpus, quod triste cadavers
 Viua tamen cordis cui modò flamma micat?
 Nónne suo & viduam fraudat cor munere vitam,
 Cui sua vita merum non nisi funus alit?
 Quòd si mortis hiems corpus, cur ardet amore
 Cor veges, & medio funere flamma micat?
 Sin cor ardet amans, & Sirius incoquit æstus,
 Cur hiemant pigro cetera membra gelu?
 Vt sensit dubio pugnantes pectore curas;
 Pax, pax, inquit Amor: fors rata cuique manet.
 Pars si viua viget, nigra cur cadat hostia morti?
 Sin pars hīc mera mors, cur ea vita foret?
 Mittite pugnaces discordi examine lances;
 Vtraque lanx pondus datque negatque suum.
 Libra sed alterutri parti cùm fluctuat anceps;
 Singula quæ non dat, Vis mihi cuncta dedit.
 Si corpus gelat, ille meo cinis ortus ab igne est:
 Sin cor flagrat amans, fax facis ista meæ est.

L X I.

Vox in lacrymis.

MAGDALIN effreni vt delusit sanna cauillo;
 In lacrymas, oris nobile soluit ebur:
 Cui Pudor arridens, & Amor comes ipse Pudori:
 Et tibi sunt voces hīc, vbi flendo files?
 Mitte precor gemitus, mea Magdala, mitte
 dolores,

I. 3.

Quos